

uniantur, & Episcopi atque Abates, nisi forte translati aut transferendi sint ad alias sedes, juste compensetur pro cessione Jurisdictionis, & congruae, quibus antea fruebantur, & debitis formis ab iisdem resignationes respectivarum Ecclesiarum obtineantur. Bona redditusque supradietiarum Abatiarum quae in Republica Italica continentur ab eadem Sanctitate Sua, collatis cum Gubernio Consiliis, aliis Ecclesiasticis foundationibus distribuentur atque adiicientur.

Articulus IV.

Attenta utilitate quae ex hac Conventione manat in ea quae ad res Ecclesiae & Religionis pertinent Sanctitas Sua concedit, ut Praeses Reipublicae Italicae nominare possit ad omnes Archiepiscopatus, & Episcopatus ejusdem Reipublicae, & Ecclesiasticis viris ab eodem Praeside nominatis iis doctibus praeditis, quas sacri Canones requirunt, eadem Sanctitas Sua Canonicam Institutionem dabit juxta formas consuetas.

Articulus V.

Archiepiscopi & Episcopi emittent juramentum fidelitatis in manibus Praesidis Reipublicae juxta infrascriptam formulam:

„Ego juro & promitto ad Sancta Dei